

**A** mi-ci me- i et proxi mi me- i \* advérsum me a-

ppro-pinqua-vé-runt et ste-té-runt.

Tráditus sum et non egrediébar: \* óculi mei languérunt pra inó-pia. Et factus est sudor meus : \* sicut guttae sanguinis decur-réntis in terram. Circumdedérunt me canes multi: \* concilium malignántium obsédit me. Corpus meum dedi percutiéntibus: \* et genas meas velléntibus. Fáciem meam non avérti ab increpán-tibus: \* et conspuéntibus in me. Quóniam ego in flagélla parátus sum : \* et dolor meus in conspectu meo semper. Milites plec-téntes corónam de spinis : \* imposuérunt super caput meum. Fodérunt manus meas et pedes meos : \* et dinumeravérunt ómnia ossa mea. Et dedérunt in escam meam fel : \* et in siti mea potavérunt me acéto. Omnes vidéntes me derisérunt me : \* lo-cúti sunt lábiis et movérunt caput. Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me : \* divisérunt sibi vestiménta mea, et super ve-stem meam misérunt sortem. In manus tuas comméndo spíritum meum : \* redemísti me, Dómine, Deus veritatis.

Hic Chorus replicabit In manus tuas, etc.

Meménto famulórum tuórum Dómine : \* dum véneris in regnum tuum.

Ad sequentem Versum vox exaltabitur:

**J** e-sus autem, emissa vo-ce magna :\* trá di-dit

spi-ri-tum.

Quibus cantatis, prosternent se Fratres, Passionis Domini Nostri Jesu Christi mysteria meditantes, quo usque signo facto a Supe-riore elevabunt se; et Cantor Canticum in sexto tono prosequet-ur, et singulos Versus eadem pausa distingueit.

**M** i-se-ri-cordi- as Dómi-ni \* in æternum cantabo.

Vere languóres nostros ipse tulit: \* et dolóres nostros ipse por-távit. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras : \* attritus est propter scélera nostra. Omnes nos quasi oves errá-vimus: \* unusquisque in viam suam declinavit. Et pósuit in eo Dóminus: \* iniquitátes ómnium nostrum. Exsúrge, quare ob-dórmis Dómine? \* exsúrge, et ne repéllas in finem. Hic Chorus replicabit Versum: Exsúrge, quare obdórmis Dómine? etc. Et Cantor subsequetur:

**E** - xúrge, qua-re obdórmis Dómi-ne? \* Exú rge,

et ne repéllas in finem.

Ecce Deus Salvator meus : \* fiduciáliter agam et non timébo.

**T** e ergo quæsu mus tu- is fámu-lis súbveni: \* quos

pre-ti-oso Sángui- ne re-demisti.

Hic Superior dicat: V/ Miserére nostri, Jesu benigne - Chorus:

R/ Qui passus es cleménter pro nobis. - Et Superior dicat Oratio-

nem: Résponce, terminando eam sicut in Hebdomada sancta sine

Qui tecum.

Oratio: Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam,

pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus

tradi nocentium, et Crucis subire tormentum: Qui tecum vivit et

regnat.